Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26285
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hodie sanctificatus illuxit nobis. Hic requiescamus propter diem. et propter eum sanctificatus
tuo. ubi nullus penitus peccatum inuenient tenebrae. Illic exultabunt desi
derabile cantabunt offertorium. domino factori offerentes corpora sua et ani
mas. Tui inquam sunt celi. uidelicet animae nostrae. et tua est terra. idest
corpora nostra. tui soli dominator dominus sum. tibi soli corpore et spi
ritu inseparabili cantant seruum. orbem terrae. idest perfectionem totum cor
poris nostri tu fundasti. tumore et amore tuo. in bonis nos operibus
confortasti. et ne plenitudinem aeternae retributionis. a te benignissi
mo remuneratore susceptum. Iustitia et iudicium preparatio sedis
tuae. Sedes tua domine preparata est in iustitia et iudicio. qua ad hanc
iustitiam te donante peruenimus. quod te solum diligimus. tibi soli domino
inherentes. Iudicium uero est. quod nunc iudicare et discernere semper. quod
tibi creatori et redemptori nostro debeamus. nam in terra peregrinationis
positi. quae tua erant. nobis plerique reputauimus. et de his quae
operatus es in nobis. non gloriam tuam. sed miseriam quesiuimus. Nunc uero ita
in nobis preparata est sedes tua. quod tu semper in nobis. et nos tecum
sine fine manebimus. et te per infinita secula ineffabili uoce glorifi
cabimus. AMEN. ITEM ALIUS SERMO.

QUONIAM HODIE DIES ISTA CELEBERRIMA.
quasi nouus gaudiorum peonus. trinus missarum bono
rat solleptnis. nequaquam uacare erubescat a mysterio
hoc eadem tiformis missarum celebratio. Prima namque
missa. quae in gallicantu. quasi mortui par
uuli celebrant ibi. regenerata in xpo infantia humani generis
egrue ualet accipi. quando qui renatus ex aqua et spiritu filius dei
meruerit fieri. Hic requiescamus gaudens et exultans in spiritu seo cantare